

BOLETIN ECLESIASTICO

"Entered at the Manila Post-Office as second-class matter on June 4, 1925".

P. O. BOX, 147.

ORGANO OFICIAL
INTERDIOCESANO
MENSUAL



EDITADO POR LA
UNIVERSIDAD
DE STO. TOMAS

Junio, 1938

Año XVI—No. 179

SECCION OFICIAL

Jerarquía Eclesiástica de Filipinas

Excmo. y Revmo. Sr. Dr. D. Manuel Mascariñas
Obispo de Palo, Leyte.

El Excmo. y Revmo. Sr. Dr. Manuel Mascariñas nació en Antequera, Bohol, el 17 de enero del año 1897 y cursó la primera enseñanza en su pueblo natal y la intermedia en la villa de Tagbilaran de la misma Isla de Bohol. Sintiendo llamado al servicio de Dios en el sacerdocio pasó a la ciudad de Cebú para ingresar en el Seminario de San Carlos regentado por los Padres Paules donde terminó felizmente sus estudios eclesiásticos el año 1924, siendo ordenado sacerdote por el Excmo. y Revmo. Sr. Juan Gorordo, Obispo de la diócesis, el 14 de enero de 1924. Sus profesores en el Seminario aseguran que la personalidad de Mons. Mascariñas en el Seminario siempre se distinguió por su sencillez y recogimiento y en lo que se refiere a los estudios por la claridad de ideas. Ordenado sacerdote fué destinado al ministerio de las almas en Catmon, Cebú, donde permaneció poco menos de un año en calidad de coadjutor. En diciembre del año

1925 fué nombrado párroco de Tabogon en la misma Isla de Cebú y después de cinco años de ministerio en esta parroquia fué destinado con el mismo cargo a la parroquia de Tagbilaran en la Isla de Bohol donde ejercía con aplauso el cargo de párroco en los momentos en que la Santa Sede le preconizó Obispo de la nueva diócesis creada en Palo, Leyte. Siempre amante de la vida interior promovió con esmero la práctica de los ejercicios espirituales para caballeros y señoras, siendo esta forma de Acción Católica una de las más preferidas por el nuevo Obispo de Palo. Al separar S. S. Pío XI, felizmente reinante, la Isla de Leyte de la diócesis de Calbayog, vacante por la muerte de Mons. Hacbang, y crear la nueva diócesis de Palo en la misma Isla, nombró primer Obispo de esta Diócesis a Mons. Mascariñas en el consistorio secreto celebrado el 16 de diciembre del año 1937. Consagrado Obispo en la Catedral metropolitana de Cebú por el Excmo. y Revmo. Sr. Delegado de S. S. Pío XI en Filipinas Mons. G. Piani el día 25 de marzo del año 1938, tomó posesión de la nueva diócesis de Palo el 27 del mismo mes y año. Dominus conservet eum.

PONTIFICIA COMMISSIO

AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

EMI Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I. De Communicatione Privilegiorum inter Religiones.

D. An verba canonis 613 § 1: *exclusa in posterum qualibet communicatione* ita intelligenda sint ut revocata fuerint privilegia a religionibus ante Codicem I.C., per communicationem legitime acquisita et pacifice possessa.

R. Negative.

II. De excusatione a poenis latae sententiae.

D. An metus gravis a poenis latae sententiae eximat si

delictum, quamvis intrinsicè malum et graviter culpabile, non vergat in contemptum fidei aut ecclesiasticae auctoritatis vel in publicum animarum damnum ad normam canonis 2229 § 3 n. 3. R. Affirmative.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 30 mensis decembris, anno 1937.

L. ✠ S.

I. Card. Serafini, Praeses

I. BRUNO, *Secretarius*.

SAGRADA CONGREGACION DE RITOS

Se concede la facultad de celebrar la Fiesta del Sacratísimo Eucarístico Corazón de Jesús.

No. D. 6 938.

Quo facilius spirituales fructus Eucharistici Conventus Internationalis Manilensis apud Philippinas Insulas nuper celebrati retineantur, Excmi. Ordinarii Calbayoganus, Cagayanus, Palensis et Zamboangensis, nec non Revmi. Praefecti Apostolici Mindorensis, Palawanus et Montanae Praefecturae, enixis precibus a Sanctissimo Domino nostro Pio Papa Undecimo facultatem imploraverunt qua in omnibus Dioecesiibus et Praefecturis Apostolicis sibi commissis quotannis celebrari liceat festum Sacratissimi Eucharistici Cordis Jesu, sicuti jam in aliis Philippinarum Insularum Dioecesibus indultum est. Sacra porro Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter ab Ipso Sanctissimo Domino nostro tributarum, benigne annuit pro gratia juxta preces, et festum Sacratissimi Eucharistici Cordis Jesu recolendum indulget feria V. post Octavam Corporis Christi sub ritu duplici majori, cum Officio et Missa propriis et approbatis; servatis de cetero Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 18 Martii 1938.

(sign.) C. CARD. LAURENTI

S. R. C. Praefectus

(sign.) A. CARINCI S. R. C. Secretarius

SAGRADA PENITENCIARIA APOSTOLICA

I

DECRETUM

*De precibus et piis operibus indulgentiis ditatis, nova
Collectione editis.*

Quandoquidem ex una parte opus, a Sacra Congregatione Indulgentiarum Sacrarumque Reliquiarum anno MDCCCLXX-XXVIII editum, multis iam annis non amplius venale prostat; ex altera vero eiusdem generis Collectioni, quae anno MDCCCC-XXIX in lucem prodiit, generales indulgentiarum concessionem postremis hisce temporibus, ac praesertim iubilarum Redemptionis anno, aliae ex aliis accessere, christifideles non pauci ac vel sacerdotes et Episcopi ab Apostolica Sede petierunt, ut novum, idemque authenticum, prelo excuteretur opus, quod pontificias hac in re largitiones ita in unum colligeret, ut tuta communi pietatis norma esset.

Cum vero Augustus Pontifex hac de causa certior factus esset, infra scripto Cardinali Paenitentiario Maiori mandavit, ut huic operi admoventur manus, cui etiam Ipsemet perficiendo generales normas rationesque indicavit. Eo videlicet spectabat Beatissimi Patris consilium, ut non modo preces et pia opera indulgentiis ditata in unum redigerentur, sed ut potius aptiore indutus forma elenchus vulgaretur, qui et recentiores omnes Summorum Pontificum id genus largitiones complecteretur, ut novo usui novisque huius Officii praescriptis ordinate responderet, quae idcirco Suprema Auctoritate duce invecta sunt, ut indulgentiarum doctrinam atque incrementa nostra hac aetate moderarentur.

Quapropter Sacra Paenitentiaria Apostolica, ut Beatissimi Patris mandata faceret, post diuturnum studium diligentemque laborem, preces et pia opera, ad praesentem hanc diem a Summis Pontificibus indulgentiis ditata, in unum collegit et in vulgus edidit; tum ea videlicet, quae in favorem omnium christifidelium, cum ea etiam quae in favorem quorundam coetuum spiritualibus hisce muneribus insignita fuerunt: idque ad normam perficiendum curavit earum immutationum atque rationum, quas Suprema ipsa Auctoritas proposuerat.

In Audientia vero infra scripto Cardinali Paenitentiario Maiori die 11 mensis Decembris vertentis anni concessa, Ssmus D. N. Pius, divina Providenta Pp. XI Collectionem hanc, typis vaticanis impressam, approbavit et confirmavit et, abrogatis generalibus indulgentiarum concessionibus in eadem Collectione non relatis, ipsam tantum uti authenticam haberi mandavit.

Contrariis quibuslibet etiam speciali mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae, ex S. Paenitentiarum Apostolica, die 31 Decembris 1937.

L. CARD. LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

S. LUZIO, *Regens.*

II

DECRETUM

Conditiones ad validam sacrarum "Viae Crucis" stationum erectionem ex novo statuuntur.

Iamdiu ac saepe huic S. Tribunali significatum fuit, multipliciter conditionum ad validitatem erectionis stationum "Viae Crucis" hucusque requisitarum haud raro occasionem dedisse omissioni, ut plurimum involuntariae, unius vel alterius ex iis, et consequenti exinde invaliditati erectionis eiusdem. Huic lamentabili defectui infra scriptus Cardinalis Maior Paenitentiarius, occurrere efficaci remedio cupiens, totam rem deferendam esse Summo Pontifici censuit. Itaque Sanctitas Sua, in audientia eidem benigne concessa die 11 mensis Ianuarii vertentis anni, spirituali animarum piarum bono semper prospiciens, ac summopere exoptans ne christifideles priventur sacris indulgentiis, huic salutari exercitio adnexis,—quas Ipsemet ex novo statuerat per Decretum "Pium Viae Crucis exercitium" sub die 20 Octobris 1931—abrogatis singulis conditionibus hactenus vigentibus, benigne decernere dignatus est ad validam stationum "Via Crucis" erectionem sufficere ut sacerdos, idcirco rogatus, debita facultate sit praeditus, iuxta Decretum "Consilium suum presequens" datum die 12 Martii 1933; prorsus tamen decere, ratione praesertim ecclesiasticae disciplinae, ut sin-

gulis vicibus, nisi agatur de locis exemptis, accedat venia Ordinarii loci, ubi facultas exercetur, saltem rationabiliter praesumpta, quando Ordinarius facile adiri nequeat. Praeterea eadem Sanctitas Sua statuit ut omnes "Viae Crucis" erectiones, quaecumque ex causa hucusque invalide peractae, huius Decreti vigore sanatae maneant.

Contrariis quibuslibet etiam mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Paenitentiariae, die 12 Martii 1938.

L. CARD. LAURI, *Paenitentiarius Maior*.

S. LUZIO, *Regens*.

DECRETUM

Diócesis de Filipinas

ARCHIDIOCESIS DE MANILA

Se suprime la oración imperata pro Papa y se ordena la imperada pro Pace.

Por las presentes ponemos en conocimiento de Nuestro Venerable Clero que la oración imperada "PRO PAPA" queda suprimida, y la "PRO BELLO" sustituida por la "PRO PACE".

La oración imperada "Pro Pace" deberá recitarse hasta el día de la Octava de la fiesta de la Asunción de la Sma. Virgen (22 de Agosto) del presente año.

Manila, 1 de Mayo de 1938.

† CESAR MARIA GUERRERO
Obispo Auxiliar

DIÓCESIS DE NUEVA SEGOVIA

Carta-Circular al Clero de Nueva Segovia sobre la Fiesta del Corazón Eucarístico de Jesus.

Muy querido Padre:

Por Rescripto de la Sda. Congregación de Ritos, de fecha 22 de Sept., 1937, Ntro. Ssmo. Padre Pio PP. XI, nos ha concedido el Oficio y la Misa del CORAZON EUCARISTICO DE JESUS, con el rito DOBLE MAYOR, designando como dia propio el Jueves o FERIA V "port Octavam SS. Corporis Christi". Es necesario, pues, introducir en el Calendario del Clero de esta Diócesis los cambios siguientes:

- Junio 29. In Vesp. comm. sequentis.
- " 30. *Festum SS. Cordis Jesu Eucharistici*
(ex indulto). Dup. mai. In L. et M.
comm. 1 S. Pauli, 2 S. Petri. 3. oct.

S. Joan., O. C. Gloria et Credo. Praef.
de SS. Corde Jesus. Vesp. de sequenti
sine comm. Cd.

Por decreto URBIS et ORBIS del 11 de Marzo de 1936 de la Sda. C. de Propaganda Fide, se ha concedido la facultad de CELEBRAR la Misa votiva de N. S. Jesucristo Sumo y Eterno Sacerdote en la primera FERIA V, o primer Jueves de cada mes, o el primer Sábado de cada mes "de consensu Episcopi" (esta Misa está publicada en el Boletín Eclesiástico, Mayo de 1936, pag. 288), (con Gloria y Credo, "ex gratia", Sda. C. de Ritos, 25 de Noviembre de 1936), en todas las Iglesia ú Oratorios donde se practica, *aprobante loci Ordinaria*, la devoción del "Sábado del Sacerdote" para la santificación del Clero y de los candidatos al ministerio sagrado. Damos, pues, nuestro consentimiento para que todos los sacerdotes de esta Diócesis puedan celebrar la Misa votiva de Jesucristo N. S. Sumo y Eterno Sacerdote, en todas las Iglesias y Oratorios públicos y semi-públicos, donde se practica la devoción del "Sábado del Sacerdote" el primer Jueves o el primer Sábado de cada mes, "exceptis excipiendis" (*) según el Decreto del 11 de Marzo de 1936, publicado en el Boletín Eclesiástico, del mes de Octubre de 1936).

Con la presente tenemos el gusto de enviar a Vd. un ejemplar de la Misa en honor al Corazón Eucarístico de Jesús y unas hojas de "EL SABADO DEL SACERDOTE" en ilocano é inglés para que pueda Vd. introducir esta devoción entre sus feligreses y celebrar la Misa votiva de N. S. J. C. Sumo y Eterno Sacerdote.

De Vd. affmo. Prelado,

† S. SANCHO,

Obispo de Nueva Segovia.

(*) Con tal que no ocurra ninguna Fiesta doble de primera o segunda clase; cualquier fiesta, vigilia u octava del Señor, Conmemoración de todos los Difuntos; se prohíbe también en los días 2, 3 y 4 de Enero en que se lee la Misa "Puer natus" infra Octavam Nativitatis; "Salva tamen semper Missa paroeciali".



SECCION DOCTRINAL

Casos y Consultas

I

ON THE INTENTION OF ONE BAPTIZING

William, a Protestant, had a son whom he wished baptized in his sect. Since there was no minister of this sect in the city, he brought the child to a Catholic priest, and distinguishing, by reason of his own error, between the Church of Christ and the Catholic Church, asked that the child be baptized not that he thus become a Catholic but a Christian. The priest agreed and in administering the sacrament intended to do not what is intended by the Catholic Church, but by the Church of Christ. Was this administration of baptism valid? and as much as it might be, was it also licit?

PRINCIPLES FOR THE SOLUTION:

I. *The validity of baptism.*

It is supposed that no intention is required in a child about to be baptized. Also, the intention of the parents (or of the ones presenting the child to be baptized) is not necessary; and therefore, whether their intention be right or wrong does not render the baptism valid or invalid.

The whole question then centers itself on the intention of the minister.

It is "de fide" that the intention is required of doing at least what the Church does (Denz. 854).

It is certain that the intention of doing what the Church, either the Church of Christ or the Catholic Church, *intends* is not required. For it is one thing to intend to do what the Church *does* and another thing to intend to do what the Church *intends*. The intention is of the end, and thus the Church, in performing the sacred rite instituted by Christ, intends, by means of this rite, the giving of grace; the minister, however, need not necessarily intend this giving of grace.

It is sufficient, therefore, that the minister intend to do

what the Church of Christ *does*. In intending to do what the Church of Christ does, he, at the same time, really intends to do what the Catholic Church does.

II. *The lawfulness of baptism.*

According to Canon Law: (A) when the parents are unwilling, children of heretics are licitly baptized in danger of death, when it is prudently foreseen that they will die before attaining the use of reason; (B) outside this danger of death the baptism of children of heretics is not lawful, unless (a) ordinarily, consent be given by one of the parents or of the guardians to whom the child is subject, and (b) in all cases, the Catholic education of the child will be seen to (can. 751).

Consent of this kind may be presumed if the one, either of the parents or guardians, presenting the child to be baptized, prefers him to become a Catholic rather than that he be separated from the Christian body. On the contrary, such a consent is not presumed if the one presenting the child prefers him rather to be outside the Church of Christ than inside the Catholic Church.

SOLUTION:

Just as it is not necessary that the person baptizing intend the giving of grace, neither is it necessary that he intend that the one being baptized receive the character and become a son of God and heir of Heaven. In like manner, neither need he intend that the child be incorporated into the Catholic Church. "De facto" persons baptized by heretics are not rebaptized if they become Catholics, even though the heretics baptizing them not only did not intend them to be subject to the Catholic Church, but, in most cases, they would have refused to baptize had they known that the persons by baptism would be incorporated into the Catholic Church. A priest, therefore, who, intending to do what the Church of Christ does, uses the proper form in the ablution of the child, validly administers baptism.

Abstracting from the suspicion of heresy that a priest would incur, who, in consenting to the request of the one presenting the child, baptizes him that he might thus become a Christian but not a Catholic—because the Catholic Church is the only true Church of Christ—; abstracting from the betrayal of which the priest is guilty when, although he is a minister of the Catholic Church, he takes the place of a Protestant minister; it is definitely to be held that unless that child be in danger of death, as mentioned above, the baptism was unlawful. For although it might be permissible to presume that the predominating in-

ention of William was that he preferred the child to be a Catholic rather than not a Christian, and thus it might be permissible to presume his consent, the Catholic education of the child was in no way guaranteed.

Angelicum, Rome

FR. PETER LUMBRERAS, O.P., S.T.M.,
Professor of Moral Theology.
 Angelicum, Rome

II

TESTAMENTOS A FAVOR DE OBRAS PIAS Y EL DERECHO DE LA IGLESIA.

Petrus reliquit testamento summam non modicam pecuniae ad sublevandas pauperum necessitates et cultum divinum promovendum, eius vero heredes videntes testamentum esse nullum quia privatur sollemnitatibus a iure civili praescriptis quoad validitatem, nolunt adimplere voluntatem defuncti auctoritate freti aliquorum theologorum et inter eos sapientissimi theologi tantae auctoritatis in Ecclesia ut apparet ex decisionibus S. Rotae in Act. Apostolicae Sedis, Eminentissimi Cardinalis D'Annibale qui expresse dicit "quandiu igitur S. Sedis loquuta non fuerit, existimo, non oportere inquietari eos qui, extra Ditionem Pontificiam, non praestant relicta ad causas pias in testamento irrito ex iure civili". (Sum. Theol. Mor. Part. II, n. CCT). Et quamvis ipsis dicatur Ecclesiam iam loquatam fuisse in hac materia, siquidem nov. Cod. determinat expresse in can. 1513 loquendo de sollemnitatibus iuris civilis quoad causas pias, quod "hae si omissae fuerint, heredes moneantur ut testatoris voluntatem adimpleant" respondent, in his verbis contineri merum consilium seu monitionem "moneantur" non vero praeceptum quod rigurosam obligationem importet. Quaeritur an in hoc casu teneantur necne heredes in conscientia ad voluntatem defuncti adimplendam.

SOLUTIO

Dupliciter considerari potest quaestio in hoc casu agitata, in se ipsa et relate ad heredes Petri, agitur enim de adimplenda quadam obligatione quae utpote in lege fundata inspicitur vel in genere tanquam sequela eius vel in particulari in subiecto qui eam adimplere tenetur. Breviter et succinte utroque sub aspectu propositam quaestionem pertractare intendimus.

a—An valeat in conscientia testamentum ad causas piarum formis legalibus civilibus destitutum.

I—*Jus antiquum.* Ante novi Codicis promulgationem, dispositio legalis in hac materia erat cap. XI Decretalium Gregorii IX, lib. III, tit. XXVI *De testamentis* etc. in quo Alexander III scribens ad Iudices Velletrenses sic aiebat: *Relatum est auribus nostris, quod, quum ad vestrum examen aliqua super testamentis relictis ecclesiae causa deducitur, vos secundum humanam, et non divinam legem in ea vultis procedere, et, nisi septem vel quinque idonei testes intervenerint, omnino inde postponitis iudicare. Unde, quia huiusmodi causae de iudiciis ecclesiae, non secundum leges, sed secundum canones debent tractari, et his, divina scriptura testante, duo aut tres idonei testes sufficiunt, discretioni vestrae per apostolica scripta Mandamus, quatenus, quum aliqua causa talis ad vestrum fuerit examen deducta, eam non secundum leges, sed secundum decretorum statuta tractetis, et tribus aut duobus legitimis testibus resquiritis (sitis contenti) quoniam scriptum est: "In ore duorum vel trium testium stat omne verbum". (Dat. Beneventi Kal. Ian.)*

Non parum desudarunt interpretes in vero sensu huius capituli perscrutando, an scilicet Alexander III loqueretur ut Summus Pontifex vel ut Princeps temporalis Ditionis Pontificiae, qua continebantur praedicti iudices Velletrenses. Quae distinctio capitalis erat indubitanter, nam si Alexander III ut Pontifex loquutus fuit, certe sua dispositio ad omnes catholicos extendebatur ideoque planum erat, testamenta ad causas piarum secundum canones et non secundum leges civiles regi debere. Si vero, solum intendebat legislare pro Ditione Pontificia, aequae evidens erat, non afficere hanc dispositionem testamenta ad causas piarum, in aliis regionibus.

Ut contingere solet in his casibus, Doctores in duplicem sententiam abierunt, aliis opinantibus, Alexander III, legem dedisse ut Summus Pontifex, aliis e contra, ut Princeps temporalis.

Negari nequit tamen, quod maior pars, ne dicamus fere omnes Doctores, defenderunt primam sententiam, etiam inter antiquos, quando Ecclesia nondum ita aperte patefecerat suam mentem in hac materia, et ita potuit scribere Divus Ligorius in sua Theologia Morali (lib. III, n. 923). "Quoad dispositiones piarum, certum est quod si constat haeredi voluntas testatoris, sive per verba sive per mutuum, aut scripturam, tenetur haeres in conscientia vel cedere haereditatem loco pio, vel legata solvere. Ita communiter Lugo, Concina etc."

Paecipua fundamenta huius sententiae erant: I.o ipse modus loquendi Alexandri III: *Relatum, dicit, est auribus nostris, quod, . . . super testamentis relictis ecclesiae causa, . . . vos secundum humanam et non divinam legem, vultis procedere, et*

paulo post, unde quia huiusmodi causae de iudiciis ecclesiae, non secundum leges, sed secundum canones debent tractari etc. Hic modus loquendi potius congruit Summo Pontifici quam Principi temporali, et, praeterea, in verbis transcriptis sufficienter docet qualis sit doctrina vera et mens Ecclesiae relate ad hoc, quod, videlicet, valor testamentorum ad causas pias iudicari debet exclusive secundum canones et non secundum leges civiles, ac proinde, quod haec testamenta sunt valida et obligant in conscientia, quamvis destituantur formis legalibus civilibus, dummodo habeant elementa requisita a lege divina seu naturali et a sacris canonibus.

2.o Factum inclusionis dispositionis Alevandri III, in Corpus Iuris, a Gregorio IX, quod factum luculenter demonstrat, Ecclesiam semper tenuisse hanc dispositionem ut lex indolis universalis et se extendens ad universum orbem catholicum.

3.o Natura horum testamentorum ad causas pias, quae cum finem supernaturalem respiciant, nempe honorem Dei animæque salutem, exclusive legibus ecclesiasticis subsunt, propter ius nativum quod Ecclesia catholica et Apostolica Sedes habent libere et independenter a civili potestate acquirendi, retinendi et administrandi bona temporalia ad fines proprios prosequendos" (can. 1495). Unde, legitime inferebant, quod, cum Ecclesia plene sese conformet in suis dispositionibus naturae rerum, tum Alevander III, cum Gregorius XI, alique Pontifices efficaciter, voluerunt ut testamenta ad causas pias exclusive subsessent dispositioni capitis praecitati Decretalium.

Inter recentiores communissima sententia fuit semper in favorem huius opinionis, exceptis paucis aliquibus theologis ut e.g. Daelman, Haine et praecipue doctissimus Cardinalis D'Annibale, qui sententiam contrariam propugnarunt.

Sic stante controversia, S. Poenitentiaria, quaestioni eidem propositae, et valde simili casui nostro, sic respondit d. 10 ianuarii 1901 "Praxim huius C. Tribunalis in similibus casibus esse ut generatim legata pia habeantur ut valida et obligatoria in foro conscientiae: facile tamen admittuntur haeredes ad compositionem cum Ecclesia vel pia causa, cui legatum est" (conf. A.S.S. vol. 34, pag. 384).

Qua declaratione tam clara et manifesta, nullum dubium exstare poterat amplius de mente Ecclesiae in hac materia, unde probabile est quod doctissimus Card. D'Annibale, reformasset suam opinionem, in hac materia, juxta mentem Ecclesiae, sed, infauste doctissimus vir, iam ab anno 1892, e vita migraverat.

II.—*Ius novum.* Publicato Novo Codice, mens Ecclesiae ita plane constat, ut, nostro quidem iudicio, nullum dubium, aliqua ratione fulcitum, remanere possit in hac quaestione; iuxta

novam, enim legem evidens est, voluntatem testatoris in bonum Ecclesiae validam esse eamque adimpleri debere, quamvis testamentum careat sollemnitatibus iuris civilis, ideoque testamentum ad *causas pias obligare* in conscientia, quamvis destituatur formis legalibus civilibus.

Sufficit ad hoc demonstrandum breviter percurrere dispositiones nov. Codicis circa hanc materiam. In primis, legislator expresse docet sollemnitates iuris civilis, quamvis sint *convenientes* in testamentis ad causas pias, non esse tamen essentialis. "In ultimis voluntatibus in bonum Ecclesiae *serventur, si fieri possit, sollemnitates iuris civilis*; hae si omissae fuerint, heredes *moneantur ut testatoris voluntatem adimpleant*, (can. 1513, § 2); ergo observantia earum sollemnitatum, conveniens est, non tamen essentialis et necessaria, et ideo valor testamentorum ad causas pias non pendet a sollemnitatibus iuris civilis; sunt valida dummodo se conforment requisitis legis naturalis et ecclesiasticae.

Deinde idem can. 1513 § 1, expresse dicit capacitatem disponendi de bonis ad causas pias, sive per actum inter vivos, sive per actum *mortis causa*, summi debere non *ex iure civile*, de quo nullam mentionem facit, sed *ex iure naturae et ecclesiastico*, quod aperte demonstrat voluntatem Ecclesiae, ut tota haec materia exclusive regatur iure naturae et ecclesiastico.

Tertio, can. 1514 iubet ut voluntates fidelium facultates suas in pias causas donantium vel relinquentium, sive per actum inter vivos, sive per actum mortis causa, *diligentissime impleantur* etiam circa modum administrationis et erogationis bonorum. Haec dispositio imponit obligationem adimplendi voluntates fidelium ad pias causas, in omni casu, tam si servatae sint sollemnitates iuris civilis quam si non fuerint servatae, siquidem lex non distinguit, ergo Ecclesia agnoscit ut validas voluntates fidelium ad causas pias dommodo constet de existentia earum, quamvis sint destitutae formis legalibus iuris civilis.

Denique, etiam in hac hypothesis, quod testamentum careat formis iuris civilis, can. 1513, § 2, iubet monere heredes ut testatoris voluntatem adimpleant, quod, procul dubio, signum manifestum est, hanc voluntatem esse efficacem et in conscientia obligare, quamvis instrumentum in quo constat destitutum inveniat sollemnitatibus legalibus.

Nec obstat huic conclusioni obiectio ab heredibus Petri proposita, nempe quod verbum *moneantur* a legislatore adhibitum significat consilium seu adhortationem, non vero obligationem. Nam verbum *moneantur* in casu indicat quod heredes debent notificari de obligatione quam habent adimplendi voluntatem testatoris, verba enim legis summi debent iuxta indolem eius ac proinde cum haec iubeat non *hortetur*, manifestum est omnes suas dispositiones regulariter loquendo, obligationem veram.

non solum adhortationem continere. Exemplum huius habetur in iure romanorum, ubi verbum monere habet vim et efficaciam sententiae et praecepti ut in illis verbis Cod. Iustiniani lib. I, tit. XII. *De his qui ad ecclesias confugiunt* etc. "Sed si quidem ipsi refugae apparent publice et se in sacris locis offerunt quaerentibus conveniendos, ipsi, servata locis reverentia, iudicum quibus subiacent sententiis moneantur, responsum daturi, quale sibi quisque perspexerit convenire". In eodem sensu utitur hoc verbo Cicero in Topic. non procul a principio. Deinde haec dispositio congruere debet cum can. sequenti, 1514 in quo legislator iubet ut voluntates fidelium semper adimpleantur, quod clarissime indicat veram obligationem et non merum consilium.

b—An heredes, in casu proposito, teneantur in conscientia ad voluntatem defuncti adimplendum.

Iuxta dicta patet eos teneri in conscientia ad hanc obligationem cum ipsis certo constet per scripturam indubitata defuncti, voluntas eius, et haec voluntas efficax sit ex dispositione Ecclesiae quae sola competentiam habet in testamentis et legatis ad pias causas.

Verum est quod ut notat Marc. n. 1083 ex. Lig. (III, 924 et H.A.X., 235) "si non constet de voluntate testatoris per scripturam ipsius indubitata, aut per verba ex ipso audita aliove simili modo, haeres non tenetur credere uni soli testi, licet probatissimo, v.g. parochi aut confessario: quia debent esse saltem *duo* testes, ex ipso iure canonico et ratione boni communis, ut fraudes vitentur".

Sed in nostro casu certo constat voluntas defuncti per eius authenticam scripturam ideoque nullum dubium exstare potest circa obligationem heredum adimplendi eam.

Si tamen parochus vel confessarius vident in aliquo casu fideles ignorare *bona fide* hanc obligationem (quod non raro eveniet in multis locis, ex abusu legis civilis regulandi omnem materiam testamentorum sive sint ad causas profanas, sive ad pias causas) et ex alia parte timent, non sine gravi ratione, minime esse paratos ad eam adimplendam, *prudenter tacebunt*, dummodo non interrogentur, quod si interrogantur respondebunt ut supra dictum est. Ita communiter docent auctores moralistae.

III

LOS OBLIGADOS A LOS GASTOS DE REPARACION DE IGLESIAS PARROQUIALES

Deseo saber: Quiénes están obligados según el Derecho Canónico a sufragar los gastos de reparación de las iglesias parroquiales, pues con frecuencia hay que repararlas debido ya a los temblores ya a los baguios, a los incen-

dios o al mismo transcurso del tiempo que destruye las construcciones mejor hechas, y conviene saber quiénes deben sufragar los gastos necesarios para llevar a cabo esas reparaciones.

UN PÁRROCO

R.—A esto respondemos con el can. 1186, 2o.: “Salvas las peculiares y legítimas costumbres y convenios, y quedando firme la obligación que a alguno pueda corresponder aun en virtud de las leyes civiles estan obligados los siguientes:

a—Los bienes de la fábrica o sea los llamados fondos de la Iglesia, salva la parte necesaria para el cult. divino y para la administración ordinaria de la iglesia, (por ejemplo los utensilios de los altares, el vino y las hostias para la Misa, el aceite para la lámpara del Santísimo, los adornos de altares, las vestiduras sagradas, los estipendios debidos a los sacerdotes que sirven, los salarios de los empleados, como sacristanes, campaneros, cantores, criados para la limpieza de la iglesia, etc.):

b—El patrono, si la iglesia es de patronato;

c—Los que reciben algunos bienes procedentes de la iglesia, según la tasa que señale el Ordinario a prorrata de los réditos;

d—Los parroquianos, a los cuales el Ordinario del lugar debe más bien *estimular* que forzar, induciéndoles a que contribuyan a los gastos según sus recursos y posibilidades.”

Tal es el derecho nuevo consignado en el Código, y que sólo difiere del antiguo en que emplea la persuasión más que la imposición cuando se trata de obtener el concurso de los fieles.

El canon citado no sólo enumera las personas y entidades obligadas a soportar esos gastos sino que también fija el orden de preferencia en el descargo de la obligación. Si la iglesia tiene fondos o sea bienes ya inmuebles como casas, campos, pesquerías, bosques, minas etc. se debe utilizarlos para la reparación de las iglesias, puesto que esos fondos estan destinados al bien de las mismas y por tanto a su reparación en caso de ser necesarias. Esos fondos son los que deben emplearse en primer término, pues toda su existencia está vinculada al fin de ayudar a las iglesias parroquiales.

Si las iglesias no tienen fondos, entonces se debe mirar si hay algún patrono de las mismas, y éste tiene el deber de sufragar los gastos, pues su deber de patrono exige que ayude a mejorar la triste condición de sus iglesias. En Filipinas, aunque no abundan, no faltan algunas de esas iglesias, como las que estan en las haciendas, mas otras que han sido erigidas por algunas personas pudientes que asumen el deber de ayudar económicamente esas fundaciones.

En el caso de no haber patrono, deben sufragar los gastos los que perciben bienes o ventajas de la iglesias, pero no de un modo absoluto sino según la tasa que determine el Ordinario, la cual debe ser a prorrata de los réditos que esas personas tengan. Esta disposición no es más que la aplicación práctica de aquel principio de equidad natural contenido en la regla 55 del Sexto de las Decretales: "Qui sentit commodum sentire debet onus" o como decían los romanos: "Neque enim ferendum contemnit" (1. un. § 5, ad fin. *C. de Caducis tollend.*)

Como los párrocos son beneficiados de los bienes de la iglesia parroquial, deben también contribuir a esos gastos. "Parochus, dicit el sabio canonista Fanfani (*De iure parochorum* 23, B) utpote percipiens fructus ex bonis ecclesiae parocchialis, certo tenetur ad restaurandam ecclesiam."

Pero esta obligación es subsidiaria y limitada. Es subsidiaria porque sólo urge cuando los fondos de la iglesia son insuficientes para sufragar esos gastos, y por otra parte no hay patronos de las iglesias; es limitada porque gravita no sólo sobre los párrocos sino también sobre cuantos participan de los frutos de los bienes de las iglesias. En la práctica los párrocos son los que tienen que cargar con ese deber y al efecto si no tienen ellos bienes se ven obligados a pedir a las personas pudientes y caritativas de la parroquia y de otras partes para que les ayuden en esa obra santa de reparar la iglesia. Afortunadamente no faltan párrocos celosos que hacen prodigios de actividad para la gloria de Dios.

Pero no siempre ha sido así. En su tiempo se quejaba el sabio canonista Reiffenstuel (*Jus Canonicum*, vol. V. libr. III Decret. tit. XLVIII, § I, n. 27) de la conducta de algunos párrocos y beneficiados que no ayudaban a sus iglesias. Después de exponer lo que disponía el derecho canónico anterior sobre esto, añadía: "Colliges, plane male agere illos parochos, canonicos, vel beneficiatos, qui abundantibus provisi redditibus nil contribuere volunt pro paramentis ecclesiasticis, licet videant, quod egens ecclesia vel nullos vel certe non sufficientes habeat redditus pro comparandis necessariis et decentibus paramentis, ex quo fit, quod non raro videre sit ditissimos ex redditibus ecclesiasticis parochos, paramenta vero ecclesiae deterrima, luridissima, ac insuper insufficientia, non sine scandalo plebis." El ilustre canonista Augustine dice: "A well-to-do pastor might well think of his church in his last will" ("Comentary on the New Code of Canon Law, Vol. VI pag. 62 not 30).

Finalmente, toca ese deber a los fieles puesto que ellos reciben muchas utilidades de los servicios que en la iglesia parroquial se llevan a cabo. Pero el Código quiere que se use con ellos de la ilustración y la persuasión con el fin de que ayuden

de un modo espontáneo y generoso. Este es el método que empleaba San Pablo para recoger limosnas destinadas a los fieles necesitados de Jerusalén y que le dió tan buen resultado. De hecho los fieles suelen ayudar con la mejor voluntad cuando ven la necesidad y se acude a ellos con los modos suaves, persuasivos, dignos y respetuosos que la caridad inspira y dirige.

Cuanto hemos expuesto se refiere al cumplimiento de esta obligación en las circunstancias actuales de Filipinas. El Concilio de Manila en su número 1065 prescribe disposiciones análogas a las que dispone el nuevo Código. Manda: primero que los párrocos hagan las reparaciones necesarias a tiempo en las iglesias; segundo que los gastos los hagan cuantos por derecho común o por costumbre están obligados; tercero que los párrocos procuren excitar con ruegos y consejos a los fieles para que estos ayuden con sus donaciones generosas a sufragar los gastos; cuarto que se recuerde a los patronos si se trata de iglesias de patronato, la obligación que tienen de hacer esas reparaciones a sus expensas.

En tiempo de España se empleaban iguales medios para obtener los recursos necesarios. Pero además se contaba con la ayuda del Gobierno, que nunca faltaba.

Nos parece oportuno transcribir aquí el resumen que sobre esta materia hace el sabio Padre Tamayo en su Discurso de Apertura pag. 96.

“En Filipinas, por lo general, se construían las iglesias y casas parroquiales con los fondos del *Sanctorum* ó fábrica si los había; donaciones y servicios personales de fieles particulares, y sobre todo con el sacrificio y ahorros de los párrocos, ayudados con frecuencia por su Corporación, si eran regulares. Cuando todo esto no bastaba, como sucedía con frecuencia, se acudía al Gobierno en demanda de un crédito, en cuyo caso había que atenerse al Superior Decreto de 3 de Febrero de 1852, confirmado por circular de 31 de Agosto de 1860.

No se olvidaron tampoco los monarcas españoles de la conservación y reparación de templos. “Rogamos y encargamos, decían á los Arzobispos y Obispos de nuestras Indias que, informados del estado que tienen las fábricas de las iglesias de sus distritos en los pueblos de españoles é indios... , provean que las iglesias comenzadas se acaben de edificar, levanten y reparen las arruinadas y hagan de nuevo las que fueren menester... ; advirtiéndolos Virreyes y Gobernadores de lo que conviniere y pareciere para que ayuden por sus partes á lo referido y nos avisen de lo que hicieren y de dónde y cómo se podrá socorrer á la fábrica, ornamento y servicio de las iglesias.”

En el presupuesto anual de gastos se consignaba última-

mente cierta cantidad para atenciones del culto en las parroquias, á razón de \$ 360 las de 1.ª entrada, misiones parroquias y misiones activas; 500 las de 2.ª; 600 las de primero y segundo ascenso, y \$ 800 las parroquias de término. El total que importaba en 1891 lo que se distribuyó á las parroquias de la archidiócesis de Manila, fué de \$ 152,025."

IV

AYUDA ECONOMICA A LAS IGLESIAS PARROQUIALES EN MAL ESTADO

¿Tienen los Ordinarios obligación rigurosa según el Derecho Canónico de reintegrar a los párrocos los gastos que éstos han hecho para reparar sus respectivas iglesias parroquiales?

UN PÁRROCO

R.—Negative. Es decir que no consta en parte alguna del Derecho Canónico esa obligación. En efecto la ley vigente en esta materia es el canon 1186 que en su número 2.º enumera con toda claridad y con un orden bien calculado y meditado, las personas y entidades obligadas a sufragar esos gastos de reparación.

Ahora bien los Ordinarios no figuran para nada entre esas personas y entidades, por tanto se debe concluir que no están obligados a los mismos, pues según la conocida máxima canónica *legislator quod voluit expressit*. Y esto se confirma con el hecho significativo de que el mismo canon que examinamos enumera en la primera parte, entre las personas obligadas a la reparación de la iglesia catedral, al Obispo, lo cual demuestra que al no citarle en la segunda parte entre las personas que deben sufragar los gastos de reparación de las iglesias parroquiales es porque no tiene tal obligación. *Inclusio unius est exclusio alterius*. La inclusión de las personas que el canon enumera excluye ipso facto a las demás que no cita. Podemos pues decir: el canon 1186 no incluye a los Ordinarios entre los obligados a sufragar los gastos de reparación de las iglesias parroquiales, luego no están obligados.

La índole de la obligación que examinamos nos proporciona otro argumento para confirmar lo que decimos. Esa obligación, si bien conforme con la equidad natural, nace sin embargo en su forma y factura de la ley canónica; es por tanto una obligación estrictamente legal y por tanto no se presupone sino que debe constar en la ley de un modo cierto e indiscutible hasta tal punto que si no presenta esos caracteres no se debe ni puede admitir, antes bien se debe tener como no existente.

En este sentido dice el Código Civil art. 1090: "Las obligaciones derivadas de la ley no presumen. Sólo son exigible las *expresamente* determinadas en la ley". Comentando este artículo, dice oportunamente Manresa: "La obligación que no tiene más apoyo que la ley, necesita encontrarlo en esta firme y no dudoso; aparte de que tal origen de obligaciones no cabe extenderlo por presunción, como límite que al fin es de la libertad, á la que impone deberes, sin propósito por ésta de adquirirlos y muchas veces sin medio siquiera de evitarlos, ya que el supuesto legal que determina el cumplimiento del precepto y consiguiente nacimiento de la obligación, puede ser un hecho independiente en absoluto de aquélla, á la que en tal caso ni aun puede decirse que consintió en ésta con la ejecución del acto, estando ya advertida de las consecuencias del mismo por el precepto que las declara." (Manresa—Código Civil, t. 8, pag. 18).

Finalmente la razón en que se basan las disposiciones del citado canon 1186 en orden a la determinación de las personas obligadas, o sea el deber de protección en justicia con respecto al patrono, o el principio de equidad que exige haya relación entre los derechos y las obligaciones respectivas, y que se aplica de lleno a los párrocos y a los feligreses con respecto a la ayuda necesaria para la reparación de las mismas, no existe en los Ordinarios, de donde debemos concluir que no están obligados a sufragar dichos gastos.

Esto supuesto, se debe concluir que tampoco están obligados en estricta justicia a reintegrar a los párrocos los gastos que estos hayan hecho para reparar sus iglesias parroquiales, puesto que ese reintegro supone la obligación en los Ordinarios de pagar ellos como principales obligados esos gastos, lo que es falso como hemos visto. Con razón dice Augustine: "It would be unjust simply to call on the Ordinary for the means of repairing a church. For as Benedict XIV says, such a procedure is unheard of in law. A Commentary on the New Code of Causa Law, Vol. VI pág. 621.

Cuanto decimos se refiere al estricto derecho. Pero esto no quita que los Ordinarios que son los *pastores inmediatos* y *ordinarios en sus diócesis* (can. 334) y a quienes toca *sedulo ad vigilare administrationi omnium bonorum ecclesiasticorum quae in suo territorio sint nec ex eius iurisdictione fuerint subducta* (can. 1519) procuren ayudar en lo que puedan a la restauración de las iglesias parroquiales deterioradas.

Constitutio "Quae Mari Sinico"

ANIMADVERSIO

Constitutio "Quae Mari Sinico" est primum documentum officiale Sanctae Sedis pro ordinatione rerum ecclesiasticarum in Philippinis Insulis sub nova conditione dominationis politicae Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis.

Praestantia eius non solum oritur ex sua antiquitate sed etiam ex eo quod fuit confecta *auditis sententiis S. R. C. Cardinalium et diuturno consilio*.

Est etiam citata Constitutio basis et fundamentum ecclesiasticae administrationis in his insulis sub nova rerum conditione post dimissam ab Hispanis ditionem.

Opportunum est ergo prae oculis habere hoc documentum, et intelligendum leges et dispositiones posteriores quae respiciunt Ecclesiam Catholicam in hac regione.

Intentio nostra est exhibere hic textum eiusdem cum aliis notis et explanationibus.

INTRODUCTIO HISTORICA

TEXTUS:

LEO PP. XIII

AD FUTURAM REI MEMORIAM

Quae mari Sinico, oceanoque Pacifico circumfusae latissime patent insulae, atque a Philippo II Hispaniarum rege Philippinarum nomen sunt mutuatae, vix ab Hernando de Magalanes, saeculo XVI ineunte, apertae sunt: statim Crucis sanctissimae simulacro defixo in litore et Deo sunt consecratae, et catholicae Religionis quaedam veluti libamenta habuerunt. Ex illo, Romanis Pontificibus, accedente Caroli V ac Philippi eius illi Hispanorum regum egregio dilatandae fidei studio, nihil antiquius fuit, quam ut insulanos illos idolatrico cultu viventes, ad Christi fidem traderent. Quod cum, opitulante Deo, religiosae diversarum familiarum alumnis strenue adnitentibus secundissime cederet, eo per brevi annorum spatio deventum est,

ut Gregorius XIII de praeficiendo adolescenti Ecclesiae Antistite cogitarit ac Manilanum Episcopatum instituerit. Coeptis felicibus, quae postmodum secuta sunt incrementa plenissime responderunt. Concordibus enim Decessorum Nostrorum atque Hispaniarum Regum industriis, deleta servitus, incolae literarum atque artium disciplinis ad humanitatem exculti, templum sumptu magnifico erecta et instructa, auctus dioecesium numerus; ut Philippinarum gens et Ecclesia merito excelleret splendore civitatis, Religionis dignitate atque studio. Sic nempe Regum hispanorum tutela datoque illis a Romanis Pontificibus patronatu, recte atque ordine in Philippinis insulis res catholica gerebatur. Verum quam illic armorum exitus publicae rei conversionem haud ita pridem attulit, pariter et sacrae intulit. Nam dimissa ab Hispania ditio, patronatus etiam hispanorum regum desiit: quo factum est, ut Ecclesia in potiolem libertatis conditionem devenerit, parto quidem cuique iure salvo atque incolumi. Huic porro novae rerum conditioni, ne inde vigor ecclesiasticae disciplinae in discrimen veniret, qui modus agendi, quae temperatio responderet, nulla mora atque sedulo inquirendum fuit. Hanc ob rem Venerabilem Fratrem Placidum Ludovicum Chapelle, Novae Aureliae Archiepiscopum, Delegatum Nostrum extraordinario munere in Philippinas insulas misimus, qui rebus coram inspectis, quaeque moram et sustentationem non haberent, ordinatis, ad Nos referret. Delatum officium is quidem pro fiducia Nostra explevit: dignus propterea, quem merita honestemus laude. Postea contigit ex auspicio, ut Regimen Civitatum Americae Foederatarum per legationem singularem cum hac S. Sede consilia directe conferre susceperit, circa modum nonnullas rem catholicam in Philippinis Insulis respicientes quaestiones dirimendi. Coeptis libenti quidem animo favimus et negotiatorum navitate ac moderatione iuvantibus, facile patuit aditus ad compositionem, quae nunc ipso in loco curanda erit. Quae igitur, auditis sententiis nonnullorum S. R. C. Cardinalium S. Congregationis extraordinariis negotiis praepositae, diuturnoque consilio agitata, Ecclesiae rationibus in Philippinis insulis conducere maxime visa sunt, praesenti Constitutione Apostolica edicimus et publicamus: sperantes, fore ut quae Nos suprema auctoritate constituimus, publici Regiminis aequitate ac iustitia favente, studiose sancteque observentur.

NOTA:

In, textu exponuntur a Summo Pontifice: a) origo historica Insularum Philippinarum; b) principium evangelizationis earum; c) exitus propagationis Evangelii; d) splendor populi philippinarum in ordine civili et religioso; e) laus tributa regibus Hispaniae pro zelo eorum in propagatione religionis catholicae in his insulis; f) patronatus concessus regibus Hispaniae a Romanis Pontificibus; g) beneficia orta ex hoc patronatu ad incrementum religionis catholicae in his insulis; h) conversio illata rei sacrae ex mutatione status politici propter novam dominationem nationis Americae Septentrionalis; i) sollicitudo Sanctae Sedis in ordine ad providendum novis conditionibus Philippinarum; j) missio Apostolici Delegati extraordinarii in Philippinas insulas; k) laus tributa Excellentissimo et Rdm. Placido Ludovico Chapelle; l) missio Gubernii Americae Septentrionalis ad Romanum Pontificem; m) promulgatio huius Constitutionis attentis informationibus a Delegato Apostolico, a commissione Gubernii Americani et ab aliis personis praecipue Episcopis qui gubernarunt ecclesias durante hispanica dominatione.

Quando haec regio Philippinarum transiit a dominatione hispanica ad novam Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis regebat ecclesiam Metropolitanam Manilanam Excellentissimus D. Fr. Bernardinus Nozaleda. Postea idem Illustrissimus Archiepiscopus obsequendo voluntati Sanctae Sedis quae desiderabat mutare Episcopos hispanicos ipsis substituendo episcopos ex Statibus Foederatis Americae Septentrionalis, praesentavit renuntiationem suae Sedis Summo Pontifici Leoni XIII qui eam acceptavit. Deinde profectus est Romam ex mandato Summi Pontificis ut accuratam relationem praesentare posset Sanctae Sedi de conditionibus in quibus regio Philippinarum tunc temporis versabatur. Opportunum est hic notare Praesulem de quo egimus fundasse ephemeridem catholicam "Liber-tas" quae magnopere inserviit ad conservandam religionem in his insulis et ad eam defendendam contra errores qui ubique grassabantur.

Constitutio loquitur de concordia existente inter Romanum Pontificem et reges Hispaniae durante periodo dominationis hispanicae. Haec concordia praecipue obtenta fuit per patro-

natum regium concessum a Julio II anno 1504. Vi huius patronatus reges Hispaniae facultatem habebant: 1o. ut sine eorum expresso consensu non possint aedificari vel erigi ecclesiae intra dominia eorum; 2o. ad praesentandum personas idoneas ad metropolitanas ac cathedrales ecclesias, ad Monasteria, ad Dignitates etiam in eisdem cathedralibus etiam Metropolitanis, ac Collegiatis Ecclesiis, ac quaecumque alia beneficia ecclesiastica et pia loca. (Vide Corominas in notis ad Inst. Canonicas Ioannis Devoti tomo I pag. 422). Regium patronatum quamvis aliquibus defectibus obnoxium esset tamen in praxi multas utilitates peperit ad bonum religionis. In hoc sensu recte scripsit Herrera in suo opere "Descripción de las Indias Occidentales," Década Ia. cap. 28): "Fué grandísimo remedio la concesión que la Santa Sede Apostólica Romana hizo a la Corona de Castilla y de León del Patronazgo ecclesiástico de Aquel Nuevo mundo, en que Dios nuestro Señor, como quien sólo es El quien ve y previene todas las cosas por venir, hizo cosa digna de su grandeza; pues ha mostrado la experiencia, que si esto se gobernara de otra manera, fuera imposible que procediera con la armonía y consonancia tan igual, como lleva, de religión, justicia y gobierno, con tanta obediencia y quietud."

I

DE NOVA DIOECESIUM CIRCUMSCRIPTIO

TEXTUS:

Primum igitur de Hierarchia sacra amplificanda mens est ac propositum. Constituta quidem ut diximus, a Gregorio XIII Manilana Dioecesi, aucto sensim fidelium coetu tum indigenarum, qui catholica sacra suscipere, tum ex Europa advenarum, Clemens VIII Episcoporum numerum, qui praessent, augendum censuit. Quare Manilanam Ecclesiam Archiepiscopali titulo honestavit, eidemque, tribus institutis dioecesibus, Episcopos Cebuanum, Cacerensem ac Neosegoviensem suffraganeos esse voluit. His porro anno MDCCCLXV additus est Episcopatus Jarensis. Attamen dioecesium harum ea est amplitudo ut ob intervallum, quo loca dissociantur atque itinerum difficultatem, vix contingat Episcopis illas, nisi summo labore quoque versus lustrare. Quamobrem suadet necessitas, ut nacti oppor-

tunitatem temporum, antiquas Dioeceses arctiori termino definiamus atque de integro addamus. Eapropter Manilano Archiepiscopatu ac dioecibus Cebuana, Cacerensi, Neosegovien-
 si et Iarensi servatis, quatuor insuper adiicimus et instituimus dioeceses, Lipensem videlicet, Tuguegaroanam, Capizanam et Zamboangensem, universas, ut caeterae, Manilanae Metropoli suffraganeas. In Marianis praeterea Insulis Praefecturam Apostolicam creamus, quae Nobis ac Successoribus Nostris, auctoritate nullâ interposita, pareat.

NOTA:

Post hanc constitutionem fuerunt erectae: 1o. dioecesis Tuguegaroana, Lipensis, Calbayogana et Zamboangensis, et Apostolica Praefectura Palawana per Apostolicas Litteras "Novas erigere" anno 1910, quarto idus Aprilis; 2o. dioecesis de Lingayen per Bulam "Continuam omnium" ano 1928 diei 18 mensis Maii (Bol. Ecc. Vol. VI, pag. 448); 3o. dioecesis de Bacolod per Constitutionem Apostolicam "Ad Christi regnum" anno 1932 15 Julii (Bol. Eccl. Vol. XI pag. 216); 4o. dioecesis de Cagayan, Misamis, per Constitutionem Apostolicam "Ad maius religionis incrementum" 1933. 20 Ianuarii (Boletin Eccl. Vol. XI pag. 211); 5o. dioecesis de Palo erecta 28 Nov. 1937 per Litteras Apostolicas "Si qua" (B. Ecc. Vol. XVI, 237); 6o. Praefectura Apostolica Montana, per decretum a Sacra Congregatione Consistoriali "Quo facilius" die 15 Julii 1932 (ibid. N. XI, p. 365); 7o. praefectura Apostolica de Mindoro erecta per Litteras Apostolicas "Ad catholicum nomen" anno 1936 die 2 Mensis Julii; eadem praefectura fuit commissa per Sacram Congregationem de Propaganda Fide curis Missionariorum e Societate Verbi Divini ad Sanctae Sedis beneplacitum (B. E. Vol. XIV pp. 813-817). Sacra Congregatio Consistorialis per Decretum datum die 6 Iulii 1936 mutavit fines et terminos inter dioeceses Novae Segobiae et Tuguegaroanae. (Ibid. pag. 816).

Constitutio loquitur de diligentia Sanctae Sedis in creatione novarum dioecesium iuxta necessitates temporum et locorum. Etiam numerat inter causas augmenti dioecesium, 1o. auctum numerum fidelium; 2o. amplitudinem dioecesium existentium; 3o. difficultatem itinerum. Propter has causas difficile erat Episcopis suas dioeceses quoquoersus lustrare nisi

summo labore. Cum hae causae saltem in parte subsistant in nostris diebus S. Sedis multiplicavit dioeceses et speramus novas alias in decursu temporum. Numerus habitantium in his insulis pertingit ad quatuordecim deces centena millia.

II

DE METROPOLITA DEQUE SUFFRAGANEIS EPISCOPIS

TEXTUS:

Metropolitani titulo qui potiat in Philippinis Insulis, unus esto Archiepiscopus Manilanus; Episcopus coeteros, tam qui antiquas obtinent Sedes, tum qui recens institutas tenebunt, eidem subesse oportet, suffraganei officio atque nomine. Quibus vero iuribus Metropolita fruatur quibusque polleat muneribus, ecclesiasticae leges quae modo vigent edicunt. Quas quidem dum leges inviolate servari volumus, volumus etiam Metropolitanum inter et suffraganeos integra esse semper sanctae amicitiae et caritatis vincula, eaque officiis mutuis, consiliorum communicatione atque episcopalibus praesertim coetibus pro locorum intervallis frequentius agendis, arctius in dies firmari et obstringi. Maximarum enim utilitatum parens est atque custos animorum concordia.

NOTA:

Hodie post creationem Archidioecesis de Cebú iam existunt in his Insulis duae Provinciae Ecclesiasticae. Nam Sancta Sedes per Bulam "Romanorum Pontificum" Dioeceses Caebuanam, Calbayoganam, Iarensensem, Zamboangensem, de Bacolod et Cagayanam a Provincia ecclesiastica Manilana distraxit et ex his novam Ecclesiasticam Provinciam constituit Caebuanam appellandam. Haec Bula fuit promulgata anno 1934 die 28 Aprilis. (Bol. Eccl. Vol. XII p. 635).

III

DE CAPITULO METROPOLITANO DEQUE CAPITULIS ECCLESiarUM
SUFFRAGANEARUM

TEXTUS:

Canonicorum Collegio honestari Ecclesiae Metropolitanae decus et splendor postulat. Quae vero stipendia Canonicis singulis, elapso tempore, ab hispano Regimine numerabantur, unde in posterum peti debeant, Delegatus Apostolicus videbit ac suggeret. Quod si redituum exiguitate, numerus Canonicorum, qui adhuc fuit, servari adhuc quiverit, sic ad pauciores contrahatur, ut, minime subductis iis qui dignitatum nomine veniunt, ad decem saltem censeantur. Archiepiscopus autem tum dignitates dictas et canonicatus, tum universa, quae in Ecclesia Metropolitana sunt, beneficia, privo liberoque iure conferet; iis quidem exceptis, quae vel communi lege Sedi Apostolicae reservantur, vel in cuiusvis patronatu sunt, vel concursus conditione obstringuntur. In ceteris porro Cathedralibus templis constitui Canonicorum collegia vehementer optamus. Quod quoniam perfici haud poterit, Episcopi viros aliquot pietate, scientia, gerendarum rerum usu conspicuos, e gemino clero delectos, Consultores habeant, prouti scilicet in dioecesibus aliis, canonicorum coetu similiter carentibus. Ne vero in eiusmodi Cathedralibus aedibus, quae Capitulo carent, sollemnium Sacrorum dignitas desideretur, Consultores quos modo diximus, Episcopo operanti adstabunt. Qui si ratione aliqua praepediantur, Episcopus alios e clero cetero tam saeculari, quam regulari digniores sufficiet.

NOTA:

Desiderium Summi Pontificis ut Ecclesia Metropolitana haberet collegium canonicorum constans ad minus decem personis non potuit ad effectum perducere propter exiguitatem redituum. Nunc collegium Canonicorum Cathedralis Ecclesiae Manilanae, constat una dignitate Thesaurarii et quatuor canonicis. Habentur etiam quatuor consultores dioecesani. Aliae dioeceses non habent canonicorum collegium sed solum consultores dioecesanos ad normam canonis 423 et sequentibus. Cum dis-

positio Constitutionis permittens ut consultores dioecesani eligi possint a clero tam saeculari, *quam regulari* induat naturam privilegii censemus adhuc vigere vi Can. 4 non obstante declaratione cod., com., 29 Ian., 1931 (A.A.S. XXIII—110). De facto inveniuntur religiosi in coetu consultorum in dioecesibus de Jaro, de Calbayog, de Cagayan et de Zamboanga.

IV

DE SEDE VACANTE IN DIOECESIBUS SUFFRAGANEIS

TEXTUS:

Dioecesis suffraganea quaevis, Collegio canonicorum expertis, si Episcopo orbari contigerit, eam Metropolita administrandam suscipiet: qui si deerit, propinquiore Episcopo procuratio obveniet, ea tamen lege, ut Vicarius quamprimum eligatur. Interea vero demortui Episcopi Vicarius Generalis dioecesim moderetur.

NOTA:

Methodus praescripta in hoc numero Constitutionis Apostolicae non sequitur in praxi. Nam quando vacat aliqua dioecesis sive morte sive translatione Episcopi Sancta Sedes providet regimini dioecesis per nominationem alicuius Administratoris Apostolici qui pollet facultatibus iuris communis in canonicis 435-439 praeter facultates speciales quas obtineat pro quolibet casu a Sancta Sede. Administrator Apostolicus nominatur a Delegato Apostolico ex facultate eidem concessa a Pio XI per litteras a Sacra Congregatione Consistoriali 22 Sept. 1927, et est ut Vicarius Capitularis. (Bolet. Ecc. Vol. XV pag. 335, anno 1937). Haec dispositio quae est exceptio a forma per Constitutionem statuta et a normis per canones 427 et 432 definitis vim habebit quoadusque Sanctitati Suae placuerit.

V

DE CLERO SAECULARI

TEXTUS:

Quoniam experiendo plane compertum est clerum indigenam perutilem ubique esse, curent diligenter Episcopi ut indi-

genarum Sacerdotum numerus augeri valeat; ita tamen, ut illos antea ad pietatem omnem ac disciplinam instituant, idoneosque norint, quibus ecclesiastica munia demandentur. Quos vero usus et experientia praestantiores ostenderint, eos ad potiores procuraciones gradatim advocent. Id vero maxime commendatum habeant qui in clero censentur, ne abripi se partium studiis unquam sinant. Quamvis enim communi lege sit cautum ne qui militat Deo, se implicet negotiis saecularibus, peculiari tamen modo, ob temporum rerumque adiuncta, hoc in Philippinis insulis ab hominibus Sacri Ordinis devitandum ducimus. Praeterea quoniam animorum coniunctio praecipua vis est ad grandia quaevis atque utilia perficienda; eam, pro religionis bono, sacerdotes omnes, nulla exceptione, sive e saeculari clero sint, sive in religiosis familiis censeantur, inter sese studiosissime foveant. Decet sane, ut qui unum sunt corpus unius capitis Christi, non sibi invicem invideant, sed unius sint voluntatis, caritate fraternitatis invicem diligentes. Cui quidem caritati provehendae disciplinaeque simul vigori servando, meminerint Episcopi prodesse plurimum synodales conventus subinde cogere pro opportunitate locorum ac temporum. Quod si faxint, una erit facile omnium sentiendi ratio, unaque agendi. Ne vero conceptus semel ardor in cleri hominibus deferveat, et ut virtutes Sacerdotio dignae retineantur et crescant, pium spirituum Exercitiorum institutum vel maxime conducit. Curent idcirco Episcopi, ut quotquot in sortem Domini vocati sunt, tertio saltem quoque anno in opportunum locum ad aeternarum rerum meditationem secedant, quo scilicet acceptas a munda- no pulvere sordes eluant et ecclesiasticum spiritum instaurare queant. Satagendum insuper est, ut sacrarum disciplinarum studium frequenti exercitatione in clero vigeat: *Labia enim sacerdotis custodient scientiam*, quo nempe docere possit fideles, *qui legem requirent de ore eius*. Nihil vero ad hunc finem aptius, quam collationes habere saepius, tum de re morum, tum de liturgicis quaestionibus. Quod si asperitas itinerum, contractus Sacerdotum numerus, aliaeve id genus caussa conventus eiusmodi ad disceptandum impediunt: optimum factu erit, si ab iis, qui coetui interesse nequeunt, proposita quaestiones scripto enodentur et Episcopo, statuto tempore, submittantur.

NOTA:

Summa dispositionum huius partis Constitutionis ita exhiberi potest: a) commendatio cleri indigenae; b) gravis obligatio praeparandi iuvenes ad statum clericalem; c) promotio eorum ad ecclesiastica munia; d) prohibitio specialis ne clerici implicent se negotiis saecularibus; e) commendatio unionis inter clerum saecularem et clerum regularem; f) convenientia celebrandi frequenter Synodos dioecesanarum; g) obligatio celebrandi spiritualia exercitia tertio saltem quoque anno; h) obligatio tenendi collationes de re morum et de liturgicis quaestionibus; i) obligatio resolvendi et mittendi ad curiam episcopalem propositas quaestiones quaecumque collationes nequeant locum habere propter itinerum asperitatem, contractum sacerdotum numerum aliasve causas huius generis. Dispositiones de exercitiis spiritualibus, et de collationibus seu conferentiis confirmatae fuerunt in Novo Codice cc. 126 et 131.

VI

SE SEMINARIIS**TEXTUS:**

Quanti faciat Ecclesia adolescentium seminaria, qui in clero spem educantur, perspicere licet ex Tridentinae Synodi decreto, quo ea primum sunt instituta. Oportet idcirco Episcopos omnem operam industriamque impendere, ut domum in sua quisque Dioecesi habeat in quam tirunculi militiae sacrae a teneris recipiantur, atque ad vitae sanctimoniam et ad minores maioresque disciplinas formentur. Consultius autem erit, si adolescentes, qui litteris student, aliis utantur aedibus; aliis vero iuvenes, qui litterarum cursu emenso, in philosophiam ac theologiam incumbunt. Utrobique autem alumni perpetuo degant, quoad sacerdotio, si meriti quidem fuerint, initientur; nulla unquam, nisi ex gravi causa, facultate facta ad suos remeandi. Seminarii regimen Episcopus optimo cuique demandet sive e saeculari clero, sive e regulari, qui scilicet regendi prudentia usuque praestet, vitaeque sanctitate praeçellat. Quae autem a Nobis Nostrisque Decessoribus saepe sunt edicta, abunde docent, quo pacto quoque modo in sacris Seminariis studia sint or-

dinanda. Sicubi vero Seminarium desit, Episcopus alumnos dioecesis suae in viciniorum dioecesium Seminariis educandos curabit. Nulla insuper ratione permittant Episcopi, ut Seminarii eades ulli pateant, nisi adolescentibus, qui spem afferant sese Deo per sacros Ordines mancipandi. Qui vero ad civilia munia institui volent, alias, si res sinunt, obtineant aedes, quae convictus vel collegia episcopalia nuncupentur. Illud denique cavendum summopere ex Apostoli praecepto, ne cuiquam Episcopi cito manus imponant, sed eos tantum ad sacra evehant sacrisque tractandis adhibeant, qui diligenter explorati, debitaque scientia ac virtute exculi, ornamento dioecesi usuique esse possint. E Seminario autem egressos ne sibi permittant penitus: sed, ut vitent otia, nec sacrarum scientiarum studia intermittant, consilium est quam optimum illos, quinquennio saltem a sacerdotio suscepto, periculo quotannis subiicere de re dogmatica et morum, coram doctis gravibusque viris faciendo. Quia vero aedes Romae patent etiam iuvenibus e Philippinis insulis, qui maioribus disciplinis dare operam velint, pergratum Nobis eveniet, si Episcopi delectos subinde adolescentes huc mittent, qui religionis scientiam, in ipso veritatis centro acquisitam, cum suis deinde civibus utiliter communicent. Sancta autem haec Sedes pro sua parte curabit opportunis modis ad potiozem culturam, melioremque ecclesiasticam formam clerum saecularem provehere, ita ut, apto tempore, reperiatur idoneus, qui Cleri regularis partes in pastoralis muneris procuracione suscipiat.

NOTA:

Summa dispositionum huius numeri ita potest enumerari: a) commendatio Seminariorum; b) convenientia habendi sedes separatas pro adolescentibus qui litteris student et pro aliis iuvenibus qui in philosophiam et theologiam incumbunt; c) obligatio pro omnibus alumnis ut in Seminario perpetuo degant, nulla unquam, nisi ex gravi causa facultate facta ad suos remeandi; d) facultas episcopis concessa ut regimen Seminarii possint commendare optimo cuique sive e clero saeculari, sive regulari, qui scilicet regendi prudentia usuque praestet vitaeque sanctitate praecellat; e) obligatio mittendi alumnos ad Seminarium extradioecesanum quando desit dioecesanum; f) obligatio separandi per aedes distinctas alumnos Seminarii a studentibus qui

ad civilia munia institui volent; g) obligatio ut qui sacerdotio initiantur quinquennio saltem a sacerdotio suscepto periculo quotannis subiiciantur de re dogmatica et morum coram doctis gravibusque viris faciendo; h) convenientia ut aliqui adolescentes praestantiores mittantur ad civitatem Romanam ut perfectius et ante oculos Sanctae Sedis formentur.

Post publicationem huius Constitutionis Seminarja quae iam fuerunt condita tempore dominationis Hispanicae denuo fuerunt aperta et reorganizata, ut Seminarja dioecesium Manilanae, Novae Segobiae, Neo-Cacerensis, Iarensis et Cebu. Alia Seminarja de novo fuerunt erecta ut Seminarja dioecesium Lipae, de Calbayog, de Tuguegarao et de Lingayen. In aliquibus dioecesibus duo Seminarja nempe Seminarum maius et Seminarium minus habentur cum distinctis aedibus ut in Archidioecesi de Manila et Dioecesi de Lipa. Sed in omnibus Seminariis excluduntur omnino alumni qui vacant saecularibus studiis ita ut hodie Seminarja sunt exclusive scholae pro formatione ecclesiastica et ideo vocantur Seminarja non collegia-seminaria ut antea. Haec dispositio iam in Constitutione contenta ad praxim ducta est a S. Pontifice Pio XI qui severe prohibuit ne studentes saeculares viverent in eodem aedificio destinato ad sacrorum alumnos. (A. A. S. XIV, 449).

Pius X disposuit die 3 Maii 1910 ut Collegium Sancti Josephi a Roderico de Figueroa conditum ut sacrum existeret Seminarium ministris Evangelii excolendis in usum regionis Philippinarum in statum pristinum restitueretur sub regimine et administratione Societatis Jesu. In eodem documento mandat Summus Pontifex Delegato Apostolico per Insulas Philippinas, Pontificis nomine "grati animi studium in luce ecclesiae Philippinae proficere Dominicanis Sodalibus, qui sua in istos populos promerita praeclare auxerint, dum Collegium Sancti Josephi, cum insigni Religionis artiumque optimarum emolumento, gubernarunt" (A.A.S. II, 326).

Universitas Sancti Thomae invicte sapienterque defendit, primis annis novae dominationis, bona Collegii Sancti Josephi in favorem Ecclesiae demonstrando ante tribunalia civilia proprietatem eorum iuste pertinere ad Catholicam Ecclesiam. Tribunalia civilia Philippinarum et Supremum Tribunal Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis sententiam tulerunt in favorem Ecclesiae Catholicae.

Quae praescribit Constitutio in ultima parte huius textus confirmantur in Novo Codice c. 130.

VII

DE RELIGIOSA PUERORUM ERUDITIONE DEQUE MANILANA STUDIORUM UNIVERSITATE

TEXTUS:

Verum non ad ecclesiastica solum Seminaria Episcoporum industrias spectare oportet: adolescentes enim e laicorum ordine, qui scholas alias celebrant, eorum etiam curis et providentiae demendantur. Est igitur, Antistitum Sacrorum officium omni ope adniti, ut puerorum animi, qui publice litteris imbutur, religionis scientia ne careant. Quae, ut rite tradatur, videant Episcopi ac perficiant, ut et magistri tanto muneri sint pares, et libri, qui adhibentur, nulla inficiantur errorum labe. Quoniam autem de scholis publicis sermo incidit, Lyceum magnum Manilanum a Dominicanis Sodalibus Innocentii X auctoritate conditum, merita sine laude praeterire nolumus. Quod quia doctrinae integritate praestantiaque doctorum floruit semper, neque exiguas peperit utilitates, non modo ab Episcopis omnibus benevole haberi cupimus, sed in tutelam Nostram Nostorumque successorum ultro recipimus. Quare privilegia et honores a Romanis Pontificibus Innocentio X et XI et Clemente XII eidem concessa plenissime confirmantes, illud Pontificiae Universitatis titulo augemus, quique gradus academici in eo conferuntur, eandem vim habere volumus, quam in ceteris Pontificiis Universitatibus obtinent.

NOTA:

In textu no. VII: 1o. committitur Episcopis ut omni diligentia caveant ne puerorum animi qui publicae litteris imbutur religionis scientia careant; 2o. magnis laudibus commendatur Universitas Sancti Thomae quae ut asserit Summus Pontifex doctrinae integritate praestantiaque doctorum floruit semper, neque exiguas peperit utilitates; 3o. confirmantur privilegia quae a Romanis Pontificibus Innocentio X et XI et Clemente XII eidem fuerunt concessa; 4o. conceditur eidem titulus Pontificiae Universitatis ita ut gradus academici in eadem

concessi eamdem vim habeant quam in caeteris Pontificiis Universitatibus.

Summus Pontifex Pius X epistolam congratulatoriam eidem universitati misit die 7 Martii 1909. Idem Summus Pontifex per intermedium Secretariae Status concessit die 4 Aprilis 1906 ut gradus academicos in theologia et iure canonico conferre posset et ut in eadem Universitate institueretur Seminarium in quo viverent alumni destinati ad gradus academicos in scientiis ecclesiasticis. (Vide Bulletin of Santo Tomas 1909-1910 pag. 6, 7). Deinde idem Pius X epistolam congratulatoriam misit Rectori Universitatis P. Josepho Noyal 16 Oct. 1911, occasione sollemnitatum ob conditum tertium saeculum ex quo esse coepit. In praedicta epistola dicitur inter alia: "Manilense Institutum, per varios casus fortunaeque vicissitudines, ea semper floruit doctrinae integritate atque elegantia, ut longe lateque vim diffuderit religioni reique litterariae frugiferam ac salutarem" (A.A.S. IV, 51).

Postremo Summus Pontifex Pius XI condidit per decretum Congregationis de Seminariis et studiorum Universitatibus die 27 Novembris 1928 Seminarium Interdioecesanum pro cunctis Insularum Philippinarum dioecesibus illudque commendavit catholicae Universitati Sancti Thomae.

Idem Seminarium "Instructum habetur omnibus legitimi collegii iuribus et ad idem sex saltem alumni pietate simul ac ingenio praestantiores ex unaqueque dioecesi mitti debent ad ampliorem et exquisitiorem in sacris disciplinis institutionem assequendam."

Opportunum est in mentem revocare verba Praesidis Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis Mr. Taft quae pronuntiavit die 30 AUGUSTI anno 1905 quando erat Secretarius Officinae de Bello. En verba praedicti praesidis in hispanicam linguam conversa: "Uno no puede olvidar que el único pueblo oriental que se ha convertido en su totalidad sinceramente al cristianismo son los Filipinos, y que esto es debido a España y a la Iglesia Romana... si estas gentes no hubiesen abrazado sinceramente el cristianismo, nuestras esperanzas de prepararlas para el gobierno propio y democrático no tendrían base alguna.

A esta Universidad (de Sto. Tomas) se debe en gran par-

te la misión educadora que se ha realizado en Filipinas". (Vid. "General Bulletin of the Manila University of Santo Tomas 1909-1910," pag. 11).

Deo adiuvante Universitas Sancti Thomae mirabiliter crevit in numero alumnorum durante Americana dominatione. Primis temporibus huius novae conditionis numerabantur solum mille alumni nunc vero computantur quinque millia. Novae facultates fuerunt adiectae antiquis et nova aedificia constructa.

VIII

DE REGULARIBUS

TEXTUS:

Opportunitatibus novi in regione illa rerum ordinis concedens, Sancta haec Sedes Apostolica statuit tempestivis provisionibus, religiosi viri adesse, qui redire intendunt ad vitae rationem sui instituti propriam, deditam nempe omnino sacri ministerii operibus, bonorum in vulgus morum profectui, rei christianae civilisque pacifici convictus incremento. Alumnis ergo religiosarum familiarum enixe commendamus, ut quae nuncupatis votis officia susceperunt, sancte impleant nemini ullam offensionem dantes. Praecipimus, ut clausurae leges inviolate servent; quapropter teneri omnes volumus decreto illo, quod editum a Congregatione super Episcopis et Regularibus, die XX Iulii MDCCXXXI, Clemens XII Decessor Noster Litteris Apostolicis *Nuper pro parte*, die XXVI Augusti eiusdem anni, confirmavit. Clausurae autem ea sit norma iique sint fines, quae Decreto alio edicuntur a S. Congregatione Propagandae Fidei, die XXIV Augusti MDCCLXXX Pio VI approbante, interposito. Ceterum Religiosi viri quotquot in Philippinis versantur, illos summopere revereri atque observare meminerint, quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam; et arctissimo concordiae et caritatis foedere cum saeculari clero coniuncti, nihil antiquius habeant, quam in opus ministerii, in aedificationem Corporis Christi sociatis studiis, vires omnes intendere. Porro ut dissensionum elementa penitus eradantur, in Philippinis etiam insulis observari in posterum volumus Constitutionem *Firmandis* a Benedicto XIV datam VIII id. Novembris MDCCXLIV, itemque aliam *Romanos Pontifices*, qua Nos, VIII id. Maii MDCCC-

LXXXI, nonnulla controversiarum capita inter Episcopos et Missionarios regulares in Anglia et Scotia definivimus.

NOTA:

Maxima pars religiosorum qui adscripti erant ordinibus antiquis profecti sunt ad Hispaniam ibique remanserunt. Numerus ergo ordinum quae Evangelium praedicaverunt in his Insulis valde imminutus est nostris diebus. Eodem tempore aliquae congregationes novae et recentes venerunt in hanc regionem ad continuandum laborem antiquarum ordinum.

IX

DE PAROECIIS

TEXTUS:

Quae paroeciae curionibus e religiosis Familiis sint demandandae, Episcopi videant, collatis sententiis cum earumdem Familiarum Praesidibus. Quod si quaestio de ea re oriatur, nec privatim componi quaeat, causa ad Delegatum Apostolicum deferatur.

NOTA:

Vi huius Constitutionis paroeciae commendari possunt etiam religiosi non exclusis qui clausurae papali obligantur. Venia Apostolicae Sedis a can. 606, § 2 exigita ut religiosi degant extra domum propriae religionis modo habituali et per spatium quod sex menses excedat implicate conceditur praesenti Constitutione pro his Insulis.

X

DE MISSIONIBUS

TEXTUS:

Ad cetera argumenta, quibus, Ecclesia magistra, opportune cavetur, ne fides morumque integritas aliaque ad aeternam animarum salutem pertinentia detrimentum capiant, accedunt quidem summaeque sunt utilitatis spiritualia Exercitia, quaeque vulgo Missiones audiunt. Optandum quapropter omnino est, ut in provinciis singulis singulae saltem condantur domus, octo plus minus Religiosis viris excipiendis, quibus sit unice

praestitutum urbes subinde ac pagos lustrare, dictaque modo ratione sacris concionibus populos excolere. Quod tamen si fidelibus utile, necessarium profecto illis est, qui Evangelium lucem nondum hauserunt. Ubi igitur agrestes adhuc gentes occurrunt immani idolorum cultui addictae, sciant Episcopi et Sacerdotes, teneri ad earum conversionem curandam. Quare inter illas etiam stationes fundentur pro Sacerdotibus, qui Apostolico munere fungantur, ne solum idolatras ad christiana Sacra traducant, verum etiam pueris instituendis dent operam. Haec porro stationes sic erunt ordinandae, ut deinde opportuno tempore ad Praefecturas vel Vicariatus Apostolicos evehi queant. Ne autem qui ibidem sacris occupantur, necessaria ad victum promovendamque fidem desiderent, hortamur, ut in dioecesi quaque, incolumi quidem Lugdunensi Instituto quod a Propagatione Fidei appellatur; peculiare coetus instituantur virorum ac foeminarum, qui fidelium symbolis colligendis praesint, collectasque Episcopis tradant, Missionibus aequo iure ex integro distribuendas.

NOTA:

Aliquae ex missionibus inter infideles quae fuerunt incoepatae et excoltae ab antiquis ordinibus inveniuntur hodie sub cura Congregationum quae venerunt durante americana dominatione.

XI

DE DISCIPLINA ECCLESIASTICA

TEXTUS.

Conciliandae clero fidelium existimationi nihil conducit efficacius, quam si quae sacerdotes docent verbo, ea simul opere compleant. Cum enim, ut Tridentina Synodus inquit, a rebus saeculi in altiore sublati locum conspiciantur, in eos tamquam in speculum reliqui oculos coniciunt, ex iisque sumunt quod imitentur. Quapropter sic decet omnino clericos vitam moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone aliisque omnibus rebus, nil nisi grave, moderatum ac religione plenum prae se ferant: levia etiam delicta, quae in ipsis maxima essent, effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem. Sed enim pro hac disciplinae ecclesiasticae instaura-

tione proque plena Constitutionis huius Nostrae executione, Venerabilem Fratrem Ioannem Baptistam Guidi Archiepiscopum Stauroplitanum Delegatum Apostolicum extraordinarium ad Philippinas Insulas mittimus, Personam Nostram illic gesturum. Cui propterea opportunas tribuimus facultates; insuper etiam in mandatis dedimus, ut provincialem Synodum quam primum per adiuncta licuerit, indicendam ac celebrandam curet.

NOTA

Disciplina ecclesiastica in his insulis fovetur et roboratur praecipue per dispositiones episcoporum et per decreta quae eduntur in annualibus coetibus ecclesiasticae hierarchiae. Creatio novarum dioecesium multum etiam contulit ad fomentum ecclesiasticae disciplinae. Synodus Provincialis seu Concilium Provinciale, Manilanum I fuit celebratum Manilae die 29 Decemb. 1907.

XII

ANIMORUM PACIFICATIO AC REVERENTIA IN EOS QUI PRAESUNT HABENDA

TEXTUS

Restat modo, ut ad Philippinarum incolas universos paterna charitate sermonem convertamus, eosque maiore qua possumus contentione, hortemur, ut unitatem servent in vinculo pacis. Postulat hoc christianae professionis officium: *Maior est namque fraternitas Christi quam sanguinis: sanguinis enim fraternitas similitudinem tantummodo corporis refert, Christi autem fraternitas unanimatem corporis animaeque demonstrat, sicut scriptum est (Act., IV, 32): Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una.* Postulat religionis bonum, quae prima fons et origo fuit earum laudum, quibus Philippinarum gentes superiore tempore floruerunt. Postulat denique sincera caritas patriae, quae ex publicis perturbationibus nil nisi damna capiet ac detrimenta. Eos qui imperium tenent, ex Apostoli praescripto reveantur, *omnis enim potestas a Deo est.* Et quamvis longinquo oceani spatio a Nobis seiuncti, sciant se esse in fide Apostolicae Sedis, quae sicut illos peculiari complectitur dilectione, tutandarum ipsorum rationum nunquam curam abiiciet.

Decernimus tandem has Nostras Litteras nullo unquam tempore de subreptionis aut obreptionis vitio, sive intentionis Nostrae alioque quovis defectu notari vel impugnari posse, et semper validas ac firmas fore suosque effectus in omnibus obtinere ac inviolabiliter observari debere, non obstantibus Apostolicis atque in synodalibus, provincialibus et universalibus conciliis editis generalibus vel specialibus sanctionibus, nec non veterum Sedium Philippinarum et Missionum inibi constitutarum et quarumcumque Ecclesiarum ac piorum locorum iuribus ac privilegiis, iuramento etiam, confirmatione Apostolica, aut alia quacumque firmitate roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque, peculiari etiam mentione dignis: quibus omnibus quatenus supradictis obstant, expresse derogamus. Irritum quoque et inane decernimus, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem, ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, manuque publici Notarii subscriptis et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum suo sigillo munitis, eadem habeatur fides, quae Nostrae voluntatis significationi ipso hoc diplomate ostenso haberetur. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae erectionis, constitutionis, restitutionis, dismembrationis, suppressionis, adsignationis, adiectionis, attributionis, decreti, mandati ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem haec attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum Eius se noverit incursurum. Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die XVII Septembris MDCCCII, Pontificatus Nostri Anno Vigesimoquinto.

ALOYS. Card. MACCHI

NOTA:

Propositum Summi Pontificis de pacificatione animorum partim obtentum est, dicimus partim, quia schisma Aglipyanismi magnam divisionem produxit in ordine religioso. Et hodie plures habitantes inveniuntur sub influxu huius sectae acatholicae. Quae secta hodie potius est quidam rationalismus tum in doctrina tum in praxi. Multiplicatio aliarum sectarum praecipue ex Protestantismo magnum etiam damnum contulit unitati religiosae huius regionis.

Fr. J. YLLA, O. P.

La Devoción al Sagrado Corazón de Jesús

INTRODUCCION

Un monumento de gloria imperecedera para el pueblo filipino fué la celebración, un año hace, del XXXIII Congreso Eucarístico Internacional. Este glorioso acontecimiento, que como un hecho ha entrado ya de lleno en los dominios de la historia, sobrevive aún al pasado en sus efectos, que pertenecen a la viva realidad presente. Ha sido como una sacudida vigorosa que despertó de su letargo al alma filipina, y encaminando sus pasos hacia Dios, la impulsó, por consecuencia necesaria, hacia el Dios humanado presente en el tabernáculo, a Jesús Sacramentado, prisionero de amor.

Hace un año también, que la tierra que tembló bajo los marciales pasos de los aguerridos soldados de Felipe II recibió las huellas benditas de otro celoso conquistador de almas para Dios. El P. Mateo Crawley-Boevey, SS. CC., apóstol incansable del Sagrado Corazón de Jesús, recorría las provincias de nuestra afortunada patria dejando en todas como un recordatorio de su paso, la obra de su vida entera: la Entronización del Sagrado Corazón de Jesús en las familias cristianas.

Nosotros, que, desde las alturas del presente, contemplamos el remoto horizonte del pasado, no podemos menos de exclamar: ¡Feliz coincidencia! En efecto, vuelta el alma al Dios Sacramentado, no puede menos de reconocer en este bendito Sacramento el amor de todo un Dios, que amándonos, nos amó hasta el fin. El Padre Eterno, porque nos amó, nos dió a su Unigénito Hijo, y el Hijo, obligado por el mismo amor ¿qué hizo sino darnos a Sí mismo? El Sacramento del Altar es, por consiguiente, obra del amor de Jesús.

He aquí, pues, el objeto de este breve estudio: el amor de Jesús, encarnado en su divino Corazón, como objeto de un culto público, culto que comúnmente se denomina "Devoción al Sagrado Corazón de Jesús". Veremos esta devoción en los escritores antiguos, en los modernos, y finalmente la naturaleza o base teológica de la misma.

Pero antes de entrar de lleno en la materia que nos proponemos tratar, juzgamos de importancia, para evitar errores y confusiones lamentables, el determinar primero las varias acepcio-

ciones, de que es susceptible el término *corazón*. Es este un término tan usado por los autores, y se le ha tomado en tan variados y distintos significados, que difícilmente se hallará otra palabra más usada, cuya significación sea, sin embargo, más vaga y confusa.

Comenzando por las Divinas Letras, en primer lugar, éstas nos presentan el corazón como:

a) *el asiento de la sabiduría*. "... los sentidos y pensamientos del corazón humano están inclinados al mal desde su mocedad". (Gen., VIII, 21).

b) *asiento de los afectos y deseos*. "...siento en mi corazón un singular afecto a Israel". (Rom., X, 1). "...discierne los pensamientos y las intenciones del corazón." (Heb., IV, 12). "Tu le has cumplido el deseo de su corazón." (Ps. XX, 3).

c) *la conciencia*. "Bienaventurados los que tienen puro su corazón, porque ellos verán a Dios." (Mat. V, 8). "Haz que mi corazón se conserve puro en tus mandamientos, para que yo no quede confundido". (Ps. CXVIII, 80).

d) *el asiento del amor*. "...porque la caridad de Dios ha sido derramada en nuestros corazones". (Rom., V, 5). "Amarás al Señor Dios tuyo de todo tu corazón". (Mat., XXII, 37).

e) *el asiento de otras pasiones y emociones*. "Cuidados y sobresaltos de su corazón" (Eccli., XL, 2). "La arrogancia tuya y la soberbia de tu corazón te engañaron". (Jer., XLIX, 16). "Asistiendo asimismo cada día largos ratos al templo, unidos con un mismo espíritu, y partiendo el pan por las casas, tomaban el alimento con alegría y sencillez de corazón." (Hechos, II, 46). "Porque os he dicho estas cosas, vuestro corazón se ha llenado de tristeza" (Juan, XVI, 6).

f) Y por último, para significar *el interior del hombre en contraposición con lo exterior*. "...yo no juzgo por lo que aparece a la vista del hombre; pues el hombre no ve más que lo exterior; pues el Señor ve el corazón". (I Reyes, XVI, 7). "Acábase ya la malicia de los pecadores: y tú ¡oh Dios! que penetras los corazones, y los afectos encaminarás al justo. Mi socorro le espero del Señor; el cual saca a salvo a los rectos de corazón". (Ps. VII, 10-11).

Sintetizando, la acepción del vocablo *corazón* en las Divinas Letras debe determinarse juzgando por el contexto; pero según nuestra modesta opinión juzgamos que, en general, este vocablo se toma como sinónimo de *amor*.

Tratándose de las varias acepciones del término *corazón*, estas pueden reducirse a tres grupos, a saber: el corazón en sentido propio; en sentido metafórico; y por último, en sentido simbólico.

Tomado en sentido propio el corazón no significa otra cosa que uno de los órganos del cuerpo humano, cuya función prin-

cial es la distribución de la sangre a través de los distintos tejidos de que se compone el cuerpo humano.

Tomado en sentido metafórico, esta palabra puede significar bien el alma o la conciencia, bien una facultad especial o importante del alma, e. gr. la voluntad. También puede tomarse como sinónimo de la función primaria de dicha facultad. Otras veces significa más bien las potencias inferiores, como e. gr., los sentidos.

Trasladándonos ahora a otro punto de vista más importante ¿qué significa el *corazón* en el expresivo lenguaje de los símbolos?

Símbolo es toda realidad material, que representa una realidad abstracta o espiritual. Acostumbrados, como nos hallamos, a juzgar de las cosas como se nos presentan a los sentidos, resulta que difícilmente podemos formarnos un juicio cabal y exacto de las cosas que se hallan fuera del alcance y vigor de nuestras facultades. De ahí esa necesidad de recurrir con frecuencia a imágenes, a realidades concretas, en una palabra, a símbolos concretos y sensibles que nos representen de una manera más adaptada a nuestros sentidos las nociones abstractas y espirituales.

Esta sustitución de una realidad por otra, que entraña el uso de los símbolos, tiene su fundamento en la analogía, que no raras veces consiste en ciertas semejanzas que unen las cosas u objetos entre sí. Así, por ejemplo, la cándida azucena es símbolo de la pureza; el cordero, de la mansedumbre; el fuego, de la pasión. Estas semejanzas pueden ser reales o ficticias. Son reales las que se fundan en alguna relación real entre dos objetos, y especialmente la relación de causa a efecto, v. gr. la vergüenza se simboliza por el sonrojo. Figurada o ficticia es toda semejanza que no está fundada, o que no procede de una relación real. Ejemplos suficientes son los aducidos.

No se debe confundir, sin embargo, el símbolo con la metáfora, que por razón de su estrecho parentesco, pues ambos coinciden en tener su fundamento en la semejanza de unos objetos respecto de otros, pudieran dar lugar a deplorables equivocaciones.

La metáfora destruye el verdadero significado de una palabra, al paso que el símbolo lo preserva. La primera oculta, hace perder de vista el significado usual e inmediato de una palabra con el fin de hacer resaltar otro que se halla implícitamente contenido en el primero. Así, por ejemplo, la palabra *león* tomada metafóricamente, no significa un animal, sino una cualidad del mismo,—la fortaleza o la fuerza—, cualidades que se abstraen con el fin de atribuirles a otro sujeto.

El símbolo, sin destruir el significado usual e inmediato de

una palabra, hace que el objeto significado por ésta represente por sí mismo, por sus propias cualidades, otro objeto más distante, más remoto, más abstracto. En la metáfora, el término mismo causa la destrucción de la realidad inmediatamente significada. En el símbolo el término significa, transmite intacto el objeto que inmediatamente expresa.

Añádase a esto que el símbolo nos da pie para la simplificación, el sintetismo, la unificación de los objetos y conceptos. La vista de los colores filipinos ondeando a los suaves impulsos de la brisa nos transmite la idea de nación, del patrio suelo.

El símbolo existe independientemente de la metáfora: no la supone; por consiguiente, su existencia no va vinculada a la existencia de la misma. Por el contrario, por lo que a nosotros toca, es legítimo afirmar que el significado simbólico del término *corazón* ha dado origen al significado metafórico del mismo.

Hechas estas advertencias pasamos a investigar cual sea el significado simbólico del corazón. Por razones de forma y método asentamos desde luego la conclusión: *El corazón, en su acepción simbólica, es el mismo corazón real, considerado en sus relaciones reales con el amor.*

De lo expuesto anteriormente se desprende que el simbolismo real está circunscrito a los objetos que están mutuamente ligados por los vínculos de una *correspondencia real*, sea cual fuere la base de dicha correspondencia. La fuerza es capaz de ser simbolizada por todo león, como la mansedumbre, por todo cordero. Sin embargo, no todo sonrojo es símbolo de vergüenza, ni toda cabeza representa el entendimiento.

Sentado este principio, se echa de ver sin esfuerzo alguno, cómo el corazón, sin parecerse en lo más mínimo al amor, más aún, hallándose destituido de toda afección y sentimiento, sea, sin embargo, el símbolo real y natural del amor, y en general, de todo afecto humano.

No hay nadie que no posea alguna noción más o menos clara y exacta de lo que es el corazón. Los antiguos asentaron la teoría del corazón como base y asiento de las emociones. La ciencia moderna ha descartado ya esta antigua opinión. Sin embargo, fuera como está de toda duda que el principio y sede de las emociones no es el corazón, no es menos cierto que a ciertas emociones corresponden ciertos movimientos de este órgano. Y aunque, al presente, no podamos discernir con toda certeza los sentimientos correspondientes al ritmo de sus movimientos, problema que algunos fisiólogos no desesperan aún de resolver; sin embargo, la correspondencia real, fiel, exacta y constante entre éstos y aquéllos nos da pie para que atribuyamos al corazón esos sentimientos y emociones, localizándolos

en él; nos hace como entrever, discernir en él, el principio generador de los mismos, y al conjuro mágico de la fantasía, el corazón llega a convertirse en el símbolo real y natural del amor, primera emoción y base de todas las demás.

Cuando nos representamos a los espíritus, y aún a la misma Divinidad en forma humana, la representamos muchas veces sin darnos cuenta, impelidos por una necesidad natural, a manera de un símbolo, puesto que la naturaleza humana es lo más perfecta que nos es dable imaginar, en el orden sensible-natural. En este caso, el corazón de que los suponemos dotados, es el símbolo de su amor: de ahí que hablamos del corazón de Dios, como del corazón de un hombre cualquiera. Es de notar, sin embargo, y esto se ha de tener muy en cuenta para la inteligencia de lo que más adelante expondremos, que en este caso, la realidad del símbolo desaparece juntamente con la realidad del cuerpo: el corazón es un símbolo puramente ficticio como es ficticio el cuerpo con que se relaciona.

El simbolismo del corazón da origen a una metáfora, según la cual, el corazón se tomaría como sinónimo de la voluntad, por cuanto que la voluntad ama. De aquí que sea de capital transcendencia la distinción entre el *aspecto simbólico*, que se refiere al corazón real, y el *uso metafórico* del termino *corazón*.

I

EN LOS ESCRITORES ANTIGUOS

El culto del Sagrado Corazón de Jesús no es una invención de los tiempos modernos, puesto que ya antes de la revelación y promesa hecha a Sta. Margarita María de Alacoque, los fieles practicaban de una manera interior y privada la devoción al Sagrado Corazón de Jesús, sobreabundante en caridad para con los hombres ingratos.

